

217

Et ipsa ambitio cunctos animi impetus excedens ipsi tamen patrie pietati penitus concedebat. Cimoni itaque opera id bellum dissolutum est: et urbes inuicem conciliate. Pace perfecta animaduertens cumoni: iuuentutem atticam domi non posse quiescere: caeterum & milita nutrire: et augeri grescentem: timens ne bellandi cupiditate: in proximos graecos arma mouerent: neue ad insulas: aut peloponnesum ingenti classe conuersi causas intestini belli: aut socialium criminacionum origines in urbes excitarent: ducentas armauit naues: omnem bellorum cupidinem in cyprios aut egyptios profusus: simul ut inquitot athenienses pugnando contra barbaros exerceret: et diuitiis ab hisce: qui natura sibi inimici erant: comparatis honeste graeciam locupletaret: Omnibus itaque iam paratis cum littore prope naues constitissent: copie: horrenda cimoni in somnis spesuisa.

Apparebat canem quandam in eum lacessitam latrare: interlatrandum uero humana uoce admixtum hunc uersum edidisse.

i. mibi: teque meis catulis facturum amicum: Cimoni quidnam hoc phasma portenderet ambigenti: Astophilus possidoniates: uir uaticinii peritus: ei que familiaris: mortem aut hanc sibi spem presagire: hoc modo coniectans. Canis huic in quem latrat hostis est: hostem uo: non alia quisquam re magis quam morte letum facit. Illa demum mixta uoce medum hostem designat: quod medorum dux graecis pariter ac barbaris uiribus inmixtus est. Sub hanc spem: ecce et aliud sibi dum libero patri sacrificaret prodigium uisum. Cum enim uates de more uictimam recidisset: id sanguinis quod iam humi congelatum erat: formicarum caterua paulatim corripientes ad cimonem deportabant: & circa pedis pollicem extendentes diu huic rei intente singulos latuere: simul itaque cum cimone huic miro formicarum studio mentem adhibuisset: aderat et sacerdos iecur uictime sine capite sibi ostentans. hoc cum sic obtigisset: enauigauit tamen cimone: qui tanti apparatus militiam honeste detrectare non poterat. Sexaginta itaque nauibus in egyptum

visio sopium

prodigium